



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monumenta Paderbornensia

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Lemgoviae, 1714

Monitum Typographi ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-8040



MONITUM
TYPOGRAPHI ad LECTOREM.

Quid in hâc quartâ, eâque præstantissimâ, editione Monumentorum Paderbornensium præstitum sit, paucis monendum esse censui. Primò Textus incorruptus ad Manuscriptum & editum Codicem Illustrissimi Auctoris, cum notis posthumis ejusdem, nunc demum integerrimè editur. Secundò adjungitur Vita Ferdinandi Episcopi & Principis, Auctore Reverendo Patre Lucâ Nagelio, S. J. celeberrimi nominis & famæ; Nec non Manes Ferdinandæ, sive Lessus & Lacrumæ Parentales, quas funeri Illustri Pallas, sive Minerva, Theodoriana Paderbornensis affudit. Tertiò exhibentur hic ipsæmet figuræ æneæ

Amste-

¶ 10 ¶

Amstelodamenses, ab Illustrissimo Libero
Barone de Fürstenberg, unico hærede
omnium possessionum avitarum Fürsten-
bergicarum, typographo gratiōsē com-
municatæ, quod ipsamet ocularis inspectio
legentes & intuentes docebit. Quartò ac-
cedit, in hâc quarta editione, integra Genea-
logia Fürstenbergica, novis accessionibus
Genealogicis & Historicis hinc inde aucta,
correcta, & ad hoc usque tempus deducta.
Quintò, de typorum & chartæ nitore, ni-
hil hîc dicam, ne propriam laudem crepare
videar. Artificem laudabit opus. Quin
ergo hâc editio omnibus aliis, imò etiam
nuperrimæ editioni Norimbergensi lon-
gissimè sit præferenda, nulli superesse du-
biū existimo. Penes Lectores & Empto-
res judicium esto. Vale, Benevole & Eru-
dite Lector, & conatibus nostris, rei litera-
riæ juvandæ paratissimis, ut facis, fave. Et
me ad ulteriora currentem Tuô
favore impelle.

BERNAR-